Quelle: https://manuscripta.at/?ID=812
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Inde est qd supplices tui postea quam in uarias for
mas criminum neglectu celestium mandatorum. &
morum probabilium transgressione ceciderunt. humilia
ti atq; prostrati prophica addm uoce clamant dicentes.
Peccauimus cum patribus nris. impie egimus. iniquitate fe
cimus. Miserere nri dne euuglicam uocem non frusta
toria aure capiens. beati qui lugent. quoniam ipsi conso
labuntur. manducauerunt sicut scriptum est panem dolori.
lacrimis stratum rigauerunt. cor suum luctu. corpus
afflixerunt ieiuniis ut animarum quam perdiderant reci sanitatem
perent. Unicum utiq; est penitencie suffragium quod &
singulis prodest. & omnibus in commune succurrit. Hic ergo
ad penitudinis actionem tantis excitatus exemplis. sub con
spectu ingemiscentis ecclesie uenerabilis pontifex prostratus
dicat istas preces. Iniquitates meas ego cognosco. Et del.
Auerte faciem tuam a peccatis meis. Et omnes.
Redde michi leticiam salutaris tui. Et spum principali.
Quo ita supplicante & miam dni afflicto corde poscente
dicat archidiaconus ex parte penitencium. Redinte
gra in eis aplice pontifex quicquid diabolo scindente cor
ruptum est. & orationum tuarum patrocinantibus meritis
per diuine reconciliationis gram fac homines proximos dno.
ut qui antea in suis sibi per uersitatibus displicebant. nec
iam placere se dno in regione uiuorum de uicto mortis
auctore gratulentur. Tunc dicat pontifex antiphonam.